Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35073
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Horum enim humiditatem non
videmus terram illorum relinquere
propter fortem unionem quam
in opere mixtionis habuerunt
In omnibus autem aliis rebus
humiditatem habentibus expe-
rimento invenies ea in resolutione
a terra sua substancia separari
Et post illius separacionem omni
humiditate privari In spiritibus
autem predictis hoc minime conti-
git Deoque non est aliud per quod
ab illorum inceracione acceptione
excusari possimus Modus autem
ceracionis per illos est ut toties
per rem cerandam eorum sublima-
cio multiplicetur quousque in illam
cum humiditate sua manentes fu-
sionem bonam prestent Hoc autem
non fit ante illorum perfectam
mundacionem ab omni re corrumpente

Liber tercius divisus a primo et
est pars illius / Sermo ge-
neralis in perfectione et in hiis
que ad perfectionem spectant
Capitulum 18m Et capitulum 76m li.

Principiorum itaque huius
magisterii discussi-
one tradita necesse
est ex permissione nostra in ten-
tum huius nostre artis complete
prosequi sermone illi convenienti

et est scilicet consideracio omnis rei
per quam perfectio huius operis ap-
ercius ostendatur Et consideracio
necessitatis perficientis medicine
scilicet ut distinguatur ex qua re
melius et propinquius eliciatur
illa ad perfectionem Et consideracio
similiter artificiorum per que cogno-
scamus an perfectio sit completa
hiis itaque traditis et tota erit
perfectionis tradita cognicio
secundum nostre artis exigenciam

Sermo generalis in cognicione
principiorum corporum et spiritum
similiter in naturis suis
Sermo in cognicione sulphu-
ris et arsenici Capitulum
decimum nonum Capitulum 71m

Cognoscere vero non
est possibile trans-
mutacionem corporum
vel ipsius argenti vivi nisi
super mentem artificis eveniat
vera cognicio illorum nature
secundum suas radices Primus
igitur corporum principia
notificabimus quid vel sint
secundum causas suas et quid bo-
ni ve mali nisi continent
Postmodum vero ipsorum omnium
corporum naturas cum suis omnibus
narrabimus proprietatibus